

non amplius hodie dicenda sunt, orationes pro Romanorum Imperatore assignatae tum feria VI. in Parasceve in Missa Praesantificatorum, tum Sabb. Sancto in postrema parte Praeconii paschalis, prout expresse declaravit Sacra Rituum Congregatio in Parsinaten. 3. Aug. 1839, in Mechlinien. die 7. Decb. 1844 ad VI., in Maceraten. die 14. Junii 1844 ad III. Quaeritur ergo 1.: An praedictae orationes expungendae sint in novis Missalis Romani editionibus?

S. R. C. resp.: Negative.

Et quatenus negative: An ad utramque orationem brevis apponi debeat rubrica, qua declaratur eas hodie esse omittendas?

S. R. C. resp.: Negative.

Et quatenus negative: An saltem istiusmodi adnotatio apponi debeat initio Missalis post rubricas generales inter decreta Sacrorum Rituum Congregationis?

S. R. C. resp.: Affirmative.
Die 25. Sept. 1860.

10) Ad libitum.

a) Omittitur.

Ad dubium: Quoties in Officio de Dominica ritu semid. occurrit facienda commemoratio alicujus Festi in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa eo, quod in fine Anni superesset: quaeritur: num talis Commemoratio in Missa Dominicae supplere possit pro una ex tribus Collectis praescriptis, puta pro secunda *A cunctis* (quae inde evadet tertia) quin opus sit addere tertiam ad libitum? An vero nihilominus addenda praeterea sit et tertia ad libitum?

S. porro R. C. ... rescribendum censuit:

„Collectam ad libitum in casu omittendam.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 5223 ad 2 die 16. Febr. 1856.

b) Non omittitur.

Vd.: *Oratio imper.* (dicenda etc.; decr. n. 3814; *omittenda etc.*); *Oratio tertia* (dicenda.).

c) Quae?

Cf.: *Oratio tertia*; *oratio imperata*.

Quae est „oratio ad libitum?“ vd.: *Instructio Clem.* §. XVII. n. 27, 28.

Ad dubium: Quoties in missa 3. or. est ad libitum, potestne dici de Sanctis, quorum missa est in missali, vel de SSmo aut de Patrono? S. C. resp.: Tertia oratio dicenda ad libitum potest esse vel de Sancto vel de SSmo vel de Patrono, de Passione, de Cruce etc. n. 4119 ad 6 die 2. Sept. 1741.

11) Mentalis.

Benedictus PP. XIV.

Praedecessores nostri divina institutione formati, ut Christifideles ad orationis, sive vocalis sive mentalis, ut dicitur, illa sit, studium cum alacritate ineundum et sine intermissione frequentandum incitarent, eosdum tum cohortationibus tum coelestium etiam munerum thesauris allicere studuerunt. Indulgentias enim, peccatorum remissiones et de injunctis eis quomodolibet debitis poenitentibus relaxationes elargiti sunt iis, qui sive preces vocales recitarent sive per aliquod temporis spatium quotidie in lege Domini meditentur. Nos autem non solum omnes et sing. Indulg., peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes per Praedecessores nostros pro recitantibus quascunque vocales preces (dummodo nunquam revocatae fuerint) aut quomodolibet orantibus quocunque modo sive ad tempus sive in perpetuum ad hanc usque diem concessas tenore praesentium confirmamus et, quatenus opus sit, de novo concedimus; verum etiam alias insuper iis praesertim, qui

12) In Missa Dominicae Resurr.

Vd.: *Missale* (Correctio, II. C. n. 11.).

13) Mutatio.

Vd.: *Missae vot. de Sancto* (mutatio); *Missae vot. pro infirmo*; *Orationes in Anniversario*; *Officium Defunctor.* (Orationes; decr. n. 4687.).

In Missa post processionem ad Ecclesiam s. Sebastiani in Civitate Egitan. celebranda debet dici Oratio ut in Missali de ss. Fabiano et Sebastiano et non de s. Sebastiano tantum. n. 217 die 6. Sept. 1603.

Ad dubium: an in Orationibus tam Officii quam missae variari debeant: *hunc diem vel hodiernum diem*, sive *praesentem diem*, cum transfertur Officium sive accidentario sive perpetuo? S. C. resp.: Nihil immutandum inconsulta Congregatione. n. 4526 ad 21 die 7. Sept. 1816.

Ad dubium: an in Officio de Beato beatificato tantum variari debeat in Oratione secreta verbum „Sanctus“ dicendo „Beatus.“ S. C. resp.: Nihil immutandum, nisi in Secreta, in qua legendum sit proprium nomen Beati. n. 4526 ad 32 die 7. Sept. 1816.

In Oratione et *ŸŸ*. b. Francisci non potest addi a Franciscanis: *B. Patris nostri*. n. 4395 ad 16 die 18. Decb. 1779.

Quum in Congregatione SS. Cordium Jesu et Mariae nec non et adorationis perpetuae SSmi Sacramenti Altaris Dioeces. Chalced. transferantur plura Festa propter usum Calendarii proprii a S. S. concessi, aliquoties occurrit, ut Festum Virginis tantum ritus dup. vel semid. incidat in Festum alterius Virginis tantum ritus simp., velut ex. gr. Festum S. Mariae Magdal. de Pazzis die 26. Maji, quod translatum manet aliquoties in diem 21. Julii S. Praxedi Virg. sacrum. In dicta occurrence Secreta et Postcommunio utriusque Missae praecise similes sunt. Sed et in-

mentalis orationis seu meditationis studio operam dederint, ut infra, impertimur.

Primum itaque omnibus et singulis, sive qui tam in Ecclesiis quam alibi et ubicunque locorum publice et private quoscunque homines orandi seu meditandi rudes quomodocunque orare et meditari docuerint, sive, qui piaie orandi et meditandi institutioni hujusmodi interfuerint, dummodo vere poenitentes et s. communionem refecti, qua vice id egerint, septem annos et totidem Quadragenas de injunctis eis et quomodolibet debitis poenitentibus relaxamus.

Iis vero tam docentibus quam ad discipulis, qui assidue praemissa peregierint ac similiter vere poenitentes et s. communionem refecti pro Christ. principum concordia, haeresum extirpatione et Ecclesiae exaltatione preces effuderint, semel in mense pro uniuscujusque commodo et arbitrio plen. omn. peccatorum indulgentiam et remissionem, quam per modum Suffragii animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, applicare possint, concedimus.

Insuper iis, qui per duos quadrantem horae singulis diebus et per totum mensem orationi mentali dabunt operam et vere poenitentes et confessi et s. communionem refecti et, ut supra, oraverint, plen. semel quolibet mense omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam itidem per modum suffragii animabus Christifidel., quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, applicare possint, tenore praesentium concedimus.

Datum Romae die 16. Decb. 1746.
(Bull. r. t. XVII. p. 97.)

super ambae Missae de Communi Virginum, tantum ad quod recurrendum est, Missa *Dilexisti* et Missa *Vultum tuum* habent pariter eandem Secretam et eandem Postcommunionem. At tamen juxta Rubricam non bis in idem, eademque Oratio non debet in una Missa bis inservire: quid igitur agendum in eo casu? 1. Licetne Secretam et Postcommunionem ex Missa *Loquebar* de Communi Virginis et Martyris desumere omittendo verba *Martyris*, vel et *Martyre*? 2. Item licebitne, quando occurret Festum nec Virginis nec Martyris cum Festo Virginis tantum, eo quod in tali occurrentia oriatur difficultas supradicta?

Et S. eadem C. ... rescribendum censuit:

„Quoad primam et secundam quaestionem affirmative cum debita exceptione, videlicet exprimendo Virginem vel Martyrem tantum vel utrumque juxta Officii qualitatem.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4909 ad 1 die 12. Sept. 1840.

Ad dubium 1.: In Missalibus Ord. Min. s. Francisci de Observantia in Peruviana Republica inveniuntur tres Collectae *Et famulos tuos*, quarum prima dici potest quotidie: secunda, quando in Missa dicitur Oratio *A cunctis*, et tertia, quando dicitur Oratio *Ecclesiae*, ex concessione S. R. C. diei 13. Julii 1675 et novissime huic Reipublicae facta die 24. Apr. 1846. Quaeritur: an sit authenticum Decretum diei 13. Mart. 1804 in quo legitur: numquam est varianda, sed uno eodemque modo semper est dicenda, licet in Missa praecedat Oratio: *A cunctis* vel *Ecclesiae*?

2.: Utrum sufficiat dari dictam Collectam semel tantum vel repeti debeat etiam in Secreta et in Postcommunionem, vel solum in Postcommunionem, ut fert consuetudo?

Emi et Rmi P. ... rescribendum censuerunt

Ad 1.: „Decretum editum die 13. Mart. 1804 ita se habere: Pro allatis in dubio variationibus non constare de Decreto S. R. C.“

Ad 2.: „Servandam consuetudinem.“ Atque ita S. C. rescripsit et servari mandavit. n. 5224 ad 5 et 6 die 14. Maji 1856.

14) In Officio et missa Defunct.

Vd.: *Off. def.* (Orationes); *Orationes in Off. Def.*

15) In Ordinationibus.

Cf.: *Missale* (Correctio F. n. 51.).

Missalia hactenus edita Postcommunionem in collatione sacrorum Ordinum exhibent cum conclusione: *Per Dominum etc.*, licet verba *tuae redemptionis* demonstrent orationem dirigi ad Filium Dei ac proinde postulent juxta rubricas conclusionem: *Qui vivis etc.* Certe in casu prorsus simili, nimirum in Postcommunionem Missae quotidianae pro defunctis, quae ita se habet: „Animabus, quaesumus Domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium, ut eas et a peccatis omnibus exuas et tuae redemptionis facias esse participes“, Missalia omnia ponunt conclusionem: *Qui vivis etc.* Quaeritur itaque: Quomodo concludi debeat Postcommunionem in collatione sacrorum Ordinum?

S. R. C. resp.: Adhibendam esse conclusionem: *Qui vivis etc.*

Die 25. Sept. 1860.

16) Pro def. Parentibus.

Ad dubium: an in Officio def. et in missa in die obitus pro Patre vel Matre celebrandis dicenda sit Oratio: *Deus, qui nos Patrem et Matrem*

honorare etc. vel in *Officio* oratio: *Absolve, quaes. Domine*, et in *missa*: *Deus, cui proprium est misereri?*

S. C. resp.: „Serventur rubricae et rituale romanam.“ n. 3751 ad 8 die 18. Sept. 1706.

17) Pro Praelatis.

In Oratione (pro diversis n. 7) pro Praelatis verbum „ejusdem“ delendum est. S. C. R. 25. Sept. 1860.

Cf.: *Missale* (Correctio F. n. 49).

18) Quadraginta horarum.

a) Licentia, tempus.

Vd.: *Missae vot. de SSmo*; *Expositio SSmi 40 hh.*; *Commem. SSmi*; *Missae vot. cont. paganos*; *Instructio Clem.*

Prima Dignitas Ecclesiae Cathedr. non potest indicere Orationem 40 horarum et exponere SS. Sacramentum sine licentia Episcopi. n. 1510 die 4. Junii 1644.

Non licere in Orationibus 40 horarum *reponere* Augustissimum SS. Sacramentum tempore noctis et contrariam consuetudinem esse abolendam. n. 1922 die 7. Sept. 1658.

Orationem 40 horarum omnino cessandam a mane fer. V. usque ad mane Sabbati s. n. 2098 die 12. Mart. 1661.

b) Origo et perennitas.

Vd.: *Commem. SSmi in missis et festis* (Quando etc., decr. n. 4782 nota).

19) Pro Rege.

a) Conclusio.

Vd.: *Exaltatio ss. Crucis* (conclus., decr. n. 4566 nota ad finem).

Conclusio orationis pro Rege debet esse: *Per Dominum N.* ... Ita enim habent autographa Missalia S. Pii V., Clem. VIII. et Urbani VIII., et ita antiquissima S. Gregorii Magni Sacra-

mentalia. n. 4299 ad 2 die 3. Martii 1761.

b) Ab ecclesiast. auctoritate indicenda.

Vd.: *Preces publ.* (ab ecclesiast. etc.).

c) In missa.

Vd.: *Oratio post bened. cum SSmo* (decr. n. 4815); *Parasceve* (oratio pro Imperat.); *Oratio pro Episcopo*.

Ultra ... Episcopum necnon Regem in *Hispania* nullus alius princeps nominandus est in missa. n. 2656 ad 6 die 16. Sept. 1673.

Exposuit Rmus Episcopus Ilerden., quod B. Pius V. indulget Hispaniarum Regnis, ut in omnibus Missis tam saecularium quam regularium Presbyterorum fieret peroratio seu collecta tam ante quam post communionem, addita in ultima Oratione his verbis: „Et famulos tuos Papam nostrum N., Regem nostrum, Reginam et Principem cum Prole Regia, Populo sibi commisso et Exercitu suo, Antistitem nostrum N., et nos ab omni adversitate custodi: pacem et salutem nostris concede temporibus et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam, gentes paganorum, haeticorum dexterae tuae potentia conterantur, et fructus terrae dare et conservare digneris. Per Dominum nostrum etc.“; ut refert Joannes de Bastomante in tractatu de Caeremoniis Missae cap. 5. infra num. 16. Comperit vero idem Episcopus Ilerden., hanc formulam perorationis seu collectae variari a Capellanis Monialium S. Hierosolymitanae Religionis in Ilerdensi Dioecesi, quatenus, audiente populo, praetermittant orare pro Antistite Dioecetano, imo et pro Rege, addentes haec verba: „Et famulos tuos summum Pontificem N., Magnum Magistrum, Priorissam, Religionem et Conventum nostrum et

nos ab omni etc.“; cumque Moniales ipsae multoties monitae, prout etiam earum Capellani, adhuc in sua contumacia persistent, praefatus Episcopus supplicavit a S. R. C. declarari et decerni, non licere hujusmodi variationem in Missis, palam audiente populo, fieri, sed omnino adhibendam esse Orationem pro Episcopo Dioecetano, etiam a Regularibus exemptis et in eorum Ecclesiis praetermissa oratione publica pro Superioribus regularibus et Religione seu Conventu.

Et eadem S. C. respondit: „Non licere, tributa facultate Episcopo prohibendi.“

Et ita decrevit. n. 3070 die 2. Dec. 1684.

d) In Parasceve.

Alben.

Quum Rmus Alben. Episc. in sua Dioecesi repererit consuetudinem, ut in Missa Praesantificationum Feria VI. in Parasceve inter ceteras Orationes decantetur peculiaris Oratio pro Episcopo et alia particularis Oratio pro Rege substituatur illi pro Imperatore in Missali apposita, quarum exemplar proposuit pro opportuna adprobatione ac Apost. venia, de qua nullum reperitur vestigium nec penes alias Pedemontanas Dioeceses, in quibus eandem consuetudinem vigere arbitratur. Memorati Ep. preces quum propositae fuerint in Ordinariis Comitibus S. R. C. ad Quirinale habitis die 27. Febr., hoc ipso vertente anno rescriptum fuit: „Dilata et interim scribatur Apostol. Nuncio ad Mentem.“ Mentem itaque S. C. exequens Rmus Tarsens. Archiepiscopus Apostol. Nuncius in Pedemonte, curam omnem impendere solenne habuit, ut investigaret, num revera in Dioecibus Pedemontanis hujusmodi consuetudo vigeat, ac ingenue S. C. certiores reddidit in nulla

prorsus Pedemontana Dioec. assertam consuetudinem locum habere, quae si in aliquibus ruralibus Ecclesiis Paroch. invaluit, nulla quidem neque Apost. neque Episcopalis intercessit concessio.

Emi et Rmi P. rescribendum censuerunt: „Nihil innovetur in Oratione pro Rege; quoad vero Orationem pro Episcopo negative.“

Atque ita rescripserunt ac servandum omnino mandarunt. n. 5101 die 11. Sept. 1847.

20) Pro def. Sacerdote.

a) In Missa.

Ad dubium: Utrum in diebus obitus et Anniversarii fratrum Sacerdotum dicenda sit in missa oratio: *Deus, qui inter apost. sacerdotes etc.*, an illa propria, quae in praefatis diebus reperitur?

S. C. resp.: Oratio dicenda ut in die obitus. n. 3936 die 9. Dec. 1719.

b) In Officio.

Ad dubium: An in Officio def. in die obitus dicenda sit etiam pro sacerdote + Oratio communis: *Absolve quaes. Dom. vel: Deus, qui inter etc.* cum haec respective communis sit pro Episcopis et pro Sacerdotibus et in Caer. Ep. notetur dicenda in Officio def. in die obitus Episcopi?

S. C. resp.: Serventur Rubricae et Rituale romanum. n. 3751 ad 8 die 18. Sept. 1706.

21) Tertia.

a) Dicenda. (Quae?)

Vd.: *Suffragia* (in dom. privil.); *Oratio ad libit.*

Ad dubium: An in missa privata de Sancto semid. vel simpl. seu votiva vel de infra octavam sive de feria non privileg. dici possit collecta pro

particulari defuncto, puta: *Inclina etc.* vel: *Deus, qui nos patrem* et similia? Et an ob istam omitti possit aliqua ex assignatis pro tempore, puta: *A cunctis vel Ecclesiae?*

S. C. resp.: Posse in penultimo loco nec omittendam ullam ex collectis pro tempore assignatis. Die 2. Dec. 1684.

b) Non dicenda.

Cf.: *A cunctis; Concede; Fidelium; Commemoratio Def.; Orationes* (quot?); *Missa votiva* (orationes); *Missa vot. de B. V. M.* (oratio); *Oratio imp.* (quando non dicenda, decr. n. 4586 nota); *Suffr.* (in dom. privil.).

Ad dubium: An in missis ferialibus, quae contingunt a dominica passionis ad fer. V. in Coena Dom., cum facienda obvenerit commemoratio de simplici, omittenda sit tertia oratio, quae pro secunda assignatur in missali, nempe pro Papa vel Ecclesia?

S. C. resp.: Omittendam esse tertiam orationem, eo quod Rubricae ad hoc satis clare disponant. n. 2013 ad 2 die 22. Nov. 1659.

Occurrente festo simplici tempore Passionis et infra octavas Paschae et Pentecostes non est dicenda in missa oratio tertia. n. 3291 die 13. Sept. 1692; n. 4054 ad 1 die 15. Sept. 1736.

Ad dubium: An, occurrente Octava S. P. Benedicti in hebdomada Passionis, in Missa principali de Feria debeat fieri tantum commemoratio de Octava, seu addi possit vel etiam debeat tertia Oratio *Ecclesiae etc.* vel pro *Papa*, et similiter: an in Missis privatis, quae ex privilegio hujus S. C. dici possunt de Octava, fieri debeat tantum commemoratio Feriae, vel debeat etiam adjungi tertia Oratio, haec vero, utrum debeat esse *Ecclesiae etc.* vel pro *Papa* seu potius de *B. V. Concede*, juxta Rubricas generales de Octavis, in quibus nihil habetur in casu proposito?

Et S. eadem R. C., ad relationem Emi et Rmi Dom. Card. Rubini, respondit: Omittendam esse tertiam Orationem in casu.

Et ita declaravit. n. 3703 ad 6 die 23. Aug. 1704.

c) In missa vot. de SSmo.

Ad dubium: An in missa vot. de SSmo tertia Oratio dicenda sit ea, quae 2. loco erit dicenda ratione temporis occurrentis, vel potius ea, quae est assignata 2. loco infra octavam ejusdem SSmi?

S. C. resp.: Orationem temporis occurrentis dicendam esse. n. 3713 die 4. Julii 1705.

22) Unica.

Vd.: *Missa vot. sol.* (Orat.).

23) Pro Virgine non Mart.

Ad dubium: Quae Oratio dici debeat pro commemoratione Virginis non Martyris, occurrente festo Virginis non Martyris vel Viduae?

S. eadem C. rescribendum censuit: „Dicendam Orationem: *Indulgentiam* omisso titulo *Martyris*.“

Atque ita rescripsit. n. 5215 ad 5 die 22. Julii 1855.

ORATIONES.

1) Acolythi accedunt ad eas cantandas.

Vd.: *Ceroferarii.*

a) In Benedictionibus.

Finita distributione palmarum accedunt ad Episcopum duo Acolythi ceroferarii cum candelabris ac cereis accensis, qui cantat Orationem. *Caer. Ep.* I. II. c. XXI. n. 7.

Finita distributione candelarum Episcopus cantat Orationem accedentibus Acolythis cum candelabris. *Ibid.* c. XVI. n. 13.